








Gospel for Maundy Thursday

Tonus ad líbitum

D 
 Ominus vobíscum. R̃. Et cum spí-ritu tu-o. Ṽ. Sequénti-a Sancti

 Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̃. Glóri-a tibi Dómine.

A 
 -nte di-em festum Paschæ, sci-ens Jesus qui-a venit hora ejus,

 ut tránse-at ex hoc mundo ad Patrem, cum di-lexísset su-os, qui erant in

 mundo, in finem di-léxit e-os. Et cena facta, cum di-ábolus jam mi-sísset

 in cor, ut tráderet e-um Judas Simónis Iscari-ótæ, sci-ens qui-a ómni-a

 dedit e-i Pater in manus, et qui-a a De-o exívit, et ad De-um vadit, surgit

 a cena, et ponit vestiménta su-a, et cum accepísset línte-um, præcínxit

 se. De-índe mittit aquam in pelvim, et cœpit laváre pedes discipulórum, et




extérgere línte-o quo erat præcíntus. Venit ergo ad Simónem Petrum. Et



di-cit e-i Petrus: « Dómine, tu mihi lavas pedes? » Respóndit Jesus et dixit



e-i: « Quod ego fáci-o, tu nescis modo, sci-es autem póste-a ». Di-cit e-i




Petrus: « Non lavábis mihi pedes in ætérnum ». Respóndit e-i Jesus: « Si




non lávero te, non habébis partem mecum ». Di-cit e-i Simon Petrus: « Dó-




mine, non tantum pedes me-os, sed et manus, et caput ». Di-cit e-i Jesus:



« Qui lotus est, non índiget ni-si ut pedes lavet, sed est mundus to-tus.




Et vos mundi estis, sed non omnes ». Sci-ébat enim quisnam esset qui




tráderet e-um; proptére-a dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo



lavit pedes e-órum, et accépit vestiménta su-a, cum recubu-ísset í-terum,




dixit e-is: « Sci-tis quid fécerim vobis? Vos vocá-tis me Magíster et Dómi-



ne, et bene dí-ci-tis; sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus



et Magíster: et vos debé-tis alter altéri-us laváre pedes. Exémplum enim



dedi vobis, ut, quemádmódum ego feci vobis, i-ta et vos faci-á-tis ».